

Criteri di trascrizione

Si è optato per una trascrizione di tipo interpretativo, con un indirizzo tendenzialmente modernizzante:

- abbreviazioni: sono state sciolte tacitamente;
- alternanza «u/v»: è stata risolta adottando nei singoli casi la forma corrente;
- maiuscole: sono state uniformate secondo i criteri moderni;
- punteggiatura e segni paragrafematici: sono stati introdotti secondo le norme attuali.

La fine del rigo e il passaggio alla carta successiva sono indicati rispettivamente con i segni | e ||.

ASDBg, Fondo del Capitolo della Cattedrale, Privilegi, n. 32

Innocentius episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri Gregorio Bergamensi episcopo eiusque successoribus canonice substituendis. In perpetuum. | In eminenti Sedis Apostolice specula disponente Domino constituti ex iniuncto nobis officio fratres nostros Episcopos debemus diligere et ecclesiis sibi a Deo commissis | suam iustitiam conservare. Proinde, dilecte in Domino frater Gregorie Episcopo Bergamensi ecclesie cuius a Deo tibi cura commissa est, paterna sollicitudine providentes sta|tuimus ut quascumque possessiones, quecumque bona in presentiarum iuste et canonice possides, aut in futurum largiente Domino rationabilibus modis poteris adipisci, | firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Canonici quoque Sancti Vincentii tam presentes quam futuri canonicam et debitam obedientiam tibi tuisque successoribus | exhibeant, nec occasione privilegi ab Apostolica Sede percepti eam subtrahant. Si qua igitur ecclesiastica secularisve persona hanc nostre | constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, | potestatis honorisque sui dignitate careat; reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi^a aliena fiat; atque in extremo examine districte ultioni subia|ceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit Pax Domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum | bone actionis percipiant, et apud districtum iudicio premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen. |

(R) Ego Innocentius catholice ecclesie episcopus subscripsi (BV)

- + Ego Conradus Sabinensis episcopus subscripsi.
- + Ego Stephanus Prenestinus episcopus subscripsi.
- + Ego Gerardus presbiter cardinalis tituli Sancte Crucis in Jerusalem subscripsi.
- + Ego Guido Sancte Romane Ecclesie indignus sacerdos subscripsi.

^a Così in A.

- + Ego Martinus presbiter cardinalis tituli Sancti Stefani subscripsi.
- + Ego Boetius presbiter cardinalis tituli Sancti Clementis subscripsi.
- + Ego Ivo presbiter cardinalis Sancti Laurentii tituli Damasi subscripsi.
- + Ego Gregorius tituli Calixsti presbiter cardinalis subscripsi.
- + Ego Stantius presbiter cardinalis tituli Sancte Savine subscripsi.
- + Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bachi subscripsi.
- + Ego Otto diaconus cardinalis Sancti Georgii ad Velum Aureum subscripsi.
- + Ego Guido diaconus cardinalis Sanctorum Cosme et Damiani subscripsi.
- + Ego Hubaldus diaconus cardinalis Sancte Marie in Via Lata subscripsi.
- + Ego Gerardus diaconus cardinalis Sancte Marie in Dominica subscripsi.
- + Ego Petrus diaconus cardinalis Sancte Marie in Aquiro subscripsi.

Datum Laterani per manum Baronis, capellani et scriptoris. Idibus decembris, indictione V, Incarnationis Dominice anno MCXLI. Pontificatus vero domni Innocentii pape II, anno XII.

Trascrizione di Donatella Barzagli; revisione di Sandro Buzzetti.